FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von August John an August Hermann Francke.

John, August

Berlin, 08.07.1721

Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 43

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238208

Visual Library

/HC 208

Berolini, Jul. VIII.
CIↃIↃCCXXI.

43

VIR Summe Reverende,
Parens atque Praeceptor ex animo colende,

Absentia mea factum est, ut minus cito rescriberem. In alteram enim hebdomadem familia nostra ab urbe aberat, in praedio, quod quinque milliaribus hinc distat, aliquamdiu agens. Habuimus etiam nobiscum Drt. M. de Brunno, cui iter illud non obfuisse videbatur. Altero autem post reditum die improviso lapsu admodum afflicta est. Mirum, ni hoc mortem eius maturet! Interea tamen expectabimus, an Deus forsan precibus nostris aliquantisper saltem illam donare velit. Quod attinet ad Generos. Dn. Gen. Berner, versatur ille adhuc in aula. Reginam autem taedium cepit paradoxorum eius sermonum. Itaque aliis sermonibus habendis illum adsuefacere videtur, ac moleste se ferre ostendit,

dit, cum ad priora relabitur. Argumentum literarum tuarum non modo Domino meo, sed etiam Rdis viris Porstio et Reinbeck significavi: quibus usui esse poterit. Res, quam narravit, non adeo magni momenti est, videlicet Te, Vir Summe Reverende, in materia quadam (ut ex Domino relationibus conjicio, de futuro ecclesiae statu) respondisse ipsi; es wäre wohl wahr, aber jetzt noch nicht Zeit davon zu sprechen. Quod ille signum hypocriseos haberi voluerat. De caetero, Domina mea dicebat, illum, etsi capitulatim se abs Te dissidere profiteatur, haesitare tamen, si accuratius de caussis dissensus interrogetur, neque ad specialia descendere. Illa autem superiore de accusatione Dn. Praep. Reinb. commode mihi respondere videbatur, ipsum Servatorem sine hypocriseos nota dixisse, ἔτι πολλὰ ἔχω λέγειν ὑμῖν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι. Jam

Ef-

eſſe, copioſeque aliis de rebus diſſerere di-
citer. Ita Domina narrabat, (poſt reditum i-
pſius) multas illum de ſpectris hiſtorias retuliſſe,
etc. Faciat DEus, ne regi offenſio ex ſermo-
nibus ipſius praebeatur. Quod quidem vix me-
tuendum, nonnulli putant, quia nimis craſ-
ſum ſe exhibeat. Interim tamen ſcintillae
etiam contemtae nonnunquam nocent. Dn. [illegible]
nae, antecesſorem meum, inviſimus, cum in a[illegible]
eſſemus, cuius opera, quam inſtituendo greg[i]
ſuo impendit, non videtur fructu carere. Sa-
luto ex animo R. Ed. Franckium filium tu-
um, cui indies maiores animi corporisque
vires apprecor, neque minus caeteros tuos sa-
luto. DEus te, Vir Summe Reverende,
incolumem ſervet! Sum

Tuus

omni cultu et obſequio
Auguſtus Sohn.

A Monsieur

Monsieur Franck,
Professeur en theologie
tres celebre

à

Halle.

Franckesche Stiftungen zu Halle